

Gratulatio in Adventu Regis Cracovi-
am dicta per D. Tomicki Episcopum
Cracoviensem in Ecclesia Cathedrali post ad-
ventum Regis i. Sigismundi & post electum
eius filium in Regem Poloniae

110

Mos erat antecessorum meorum & huius Ec-
clesiae meae Serenissimi Rex venientes Reges su-
os publica semper gratulatione excipere ac
salutare. Quod officium cui unumquemque mastari
debet dignius et officiosius, quod debeat saepe
maiestati vestrae tam pio & clementi Patrono
tamque omni laudem genere in toto orbe
celebrato Principi? aut a quo nam id magis
fieri conveniat, quod a me summa a meae
state vestrae beneficentia summisque hono-
ribus merito & emulato. Demique quando alari-
us a nobis omnibus haec gratulatio geri debe-
at, quod nunc, cum ut Deum immortalem
assiduis precibus & votis precabamur, ita
maiestatem Vestram confectis tantis itineri-
bus superata adversa valetudine, prorecto ad
solium Regni & Dominiorum suorum Cha-
rissimo filio suo & hoc modo inter has re-
rum humanarum undas illo & nobis omni-
bus in tutissimo portu collocatis reducere et
incolumen videamus—

Gratulatory

Gratulor itaque, clementissime Rex, quanta
lanquens possum auctoritate et letitia, una
cum universo Clero meo hunc felicem reditu
sacre maiestatis vestre, gratulor Charissimi
filij eius promotionem gratulor, preces nostras
ab Optimo Deo exauditas, gratulor demique
Reipublicam & nostram omnium salutem
in eo vado tutissimo quem speramus constitu-
tam.

Supplicio maiestati vestre ut quod hae-
tenus fuerit, me & Ecclesiam meam, sua
Regia gratia et beneficentia, complecti non
desinat, filioque suavissimo, ut idem fauiat,
insinuet et recommendet. Ego vero vicissim
quod hactenus cum totis vitis Ecclesiasticorum
meorum consuevi & pro optima valetudine
sacre Maiestatis vestre, & ut filium suum
Charissimum diutissime secum regnantem
vincentem, et imperium suum propagantem
una nobiscum conspiciat, precari diligen-
tissime curabo.